



ISTITUTO NAZIONALE  
DI STUDI ROMANI

PER  
LAT

020

BIBLIOTECA

**Lateinische Jugendzeitschrift. Latin ifjúsági folyóirat. Revue latine de la jeunesse**

Megjelenik minden hó 20-án. — Prodit singulis mensibus die 20. Pretium subnotationis an. 1942-43: 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Nummaria chartula (vulgo: chèque) postalis in Hungaria: 57.292. — Laptulajdonos: Katolikus Középiskolai Tanáregyesület. — Sumptibus Societatis Magistrorum Catholicorum Mediarum Scholarum Hungariae. — (Praeses: Dr. Andreas Zibolen elnök.)

Administrator (felelős kiadó — Geschäftsstelle — administration), ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, XI., Fehérvári-út 18. (tel.: 269-067).

Moderator (felelős szerkesztő — Schriftleitung — rédaction), ad quem manuscripta mittantur: JOSEPHUS WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. IV. 6. (tel.: 468-099)

**De Alphonso Antoniolo Aethiopiae exploratore.**

Si diligentius quinam cum Africam tum Americam primi exploraverint posterisque ostenderit inquiras, haud gravatim primitias Italiae genti tribuendas esse certior fias. Quod vero ad Americam attinet nemo, ne mediocri quidem rerum cognitione praeditus, *Christophorum Columbum*, lucidum Genuensium decus, tribus naviculis, quas «caravellas» Hispanice nuncupant, *Isabellae*, Hispanorum reginae munere usum, Americam IV Id. Oct. anno MCCCCLXXXII invenisse ignorat.

Quin immo dic, o bone lector, Italis terrarum impervius ullus angulus est, quem non ostenderit, vel longe lateque inviserint, est quis? Praeterea an sileam de sacerdotibus Italis humanitatis religionisque finibus propagandis, quos, nullā laborum mercede petita, vitas consumere iuvat? Si enim et Italicam sermonem ubique notum faciunt atque rerum nostrarum desideria excitant. Quorum in numero *Massia*, pater purpuratus, collocandus est; etenim is triginta quinque integros annos, grande mortalis aevi spatium, apud Aethi-

opas transegit. At quantum est hominum, cui duorum exploratorum negotiatorumque, *Lucae* natorum, per Aethiopiae peregrinationes auditaes sunt, *Alphonsi Antonioli* videlicet atque *Piaggae*?

Prior igitur, cum in Aethiopiae ter se contulisset, nempe ab anno MDCCCLVII ad annum MDCCCLX, colligendis avium pennis, fabis<sup>1</sup> coffea, mombalana, ceris, tamarindo indica, bestiarum pellibus sollertem operam dedit, atque, cum in haec coacervanda incumberet, interdum parum abfuit, quin illius nutricis aridae leonum regionis esca fieret. Eius autem CXXXIV epistulae, ad dilectam matrem missae, in Lucensi tabulario exstant, quarum beneficio cupientes, quoniam sint Aethiopiae telluris condiciones, magnam percipient utilitatem. Etenim is in Nili glauci<sup>2</sup> ripis

vitem, nigram ferentem uvam, proventre atque, ut alia praeteream, indigenas fructuum ubertate, quadripartitis temporum commutationibus, gaudere asserit. Praeterea matrem de illius regionis cucumeribus<sup>3</sup> melopeponibusque,<sup>4</sup> qui

<sup>1</sup> kávébab = Kaffeebohne = grain de café  
<sup>2</sup> kékesszürke = bläulich grau = glauque  
<sup>3</sup> uborka = Gurke = concombre  
<sup>4</sup> sárgadinnye = Zuckermelone = melon





bus sitis extinguendae gratiā vescebatur, edocet.

Anno autem MDCCCLXVII memorabile facinus, dignum quod memoremus, ausus est. Spretis enim rerum difficultatibus sexcentisque<sup>5</sup> periculis, collectas bestias, videlicet leones, carne<sup>1</sup>opardales,<sup>6</sup> elephantos, hippopotamos, crocodilos, struthocamelos,<sup>7</sup> dorcades<sup>8</sup> africanos cervos, III Kal. Mart. navi, cui Caieta nomen, Alexandria in Italiam vecta, Victorio Emmanueli, huius nomini secundo, dono dedit. Insuper, dum Angli exercitum adversus Theodorum, Aethiopum regem, in expeditionem ducunt, venalium rerum emporium, vitae usui necessarium, Massauae aperuit; at in huiusmodi negotia paulisper incubuit. Alexandriam enim reversus ibique breviter commoratus, iterum Massauam venit, et pridie Kal. Aug. anno MDCCCLXVIII, flavā<sup>9</sup> febris<sup>9</sup> laborans, cum navis, qua vehebatur, Suachinum portum appulsura esset, e vita migravit. Eius vero mater, allato Lucam filii dilectissimi mortui nuntio, tantā est aegrimoniā correpta, ut insanierit.

Nunc ad reliquas Antonioli vitae vices enucleandas revertamur; de altero viro Lucensi, memoriā profecto digno multoque notiore, alias siquando dicemus. Antonioli<sup>10</sup> igitur, XIII Id. anno MDCCCXXVI Lucae natus, postquam, in Pisana Academia, cum undetragesimo aetatis annum ageret, architecturae mathematicorumque doctor renuntiatus erat, in Africam anno MDCCCLV, ut apud heroopolitani<sup>10</sup> isthmi secandi societatem aliquo ministerio uteretur, venit; at quandoquidem Gallos Anglosque tantummodo societatis moderatores excipiebant, is, paucis lapsis mensibus, Alexandriae apud quandam horologiorum<sup>11</sup> fabricatorem<sup>11</sup> institutoremque<sup>12</sup> fabri munere functus, sub Valensinorum fratrum nominibus (in eorum commoda villam, a fundamentis excitatam, viridario hortoque instruxit) commoratus est.

Cuius rei causā mercaturae faciundae, Nubiae deserta pererrans, vinis odoratis, potionibus, vitris, dentibus elephantinis, beluarum pellibus, pennis struthocamelinis cum gummi, ture aliisque Sudanicis rebus permutandis se dedit. Neque huiusmodi negotiis laboriosus perficiendis contentus fuit; nam Cartuma Gallabatam posteaque, anno MDCCCLX, Cargotam quoque venit. Hic vir, cuius lineamenta cum animi tum corporis breviter descripsimus, quadraginta annorum spatio tot tantoque confecit; at fama, quamvis beneficia, superius memorata, non modo Lucae, ubi natus est, sed etiam universae Italiae genti, quasi praesentiret fata, ostenderat, in occulto latuit.

Cum ita res se habeat, haud absurdum inutile fuit Alphonso Antonioli, summatim quidem, vitam enarrare. Prof. Ioannes Baptista Bellissima. (Pisae.)

<sup>5</sup> permultisque <sup>6</sup> zsiráf = Giraffe = girafe <sup>7</sup> struccamadár = Strauß = autruche <sup>8</sup> gazella = Gazelle = gazelle <sup>9</sup> sárgaláz = gelbes Fieber = fièvre jaune <sup>10</sup> Suez <sup>11</sup> órás = Uhrmacher = horloger <sup>12</sup> házaló = Hausierer = colporteur

## De speculatoribus. (7)

Narratiunculae temporis aptae. Convertit: J. Guelmino Bp.

8. Ratconem Dimitriev non esse credulum.<sup>1</sup> Fortunatissime evenit, ut non factus sit credulus, nam si factus esset, scutula<sup>2</sup> vaporata<sup>2</sup> Russica sine dubio nobis inmissa esset.

Actores<sup>3</sup> historiae sequentis erant: duo proditores: alter Judaeus Galicianus quidam, alter praefectus militum Cechoslovacus, bibulus.<sup>4</sup> Su-

prema<sup>6</sup> armorum<sup>6</sup> praefectura<sup>6</sup> nostra vere anni 1915 omnia optime praeparavit, ut copias Russicas, quae victrices Carpathis tenus montibus progressae erant, gradus sistere, vel referre cogeret et sic periculum irruptionis in planitiem nostram eliminaretur. Ratio<sup>6</sup> belli<sup>6</sup> maxime occulta<sup>7</sup> habebatur<sup>7</sup> ita, ut suprema armorum praefectura Russica prorsus ignoraret. Si autem credidisset Galiciano cuidam, qui postquam telegramma ex urbe Cracoviā missum ultimo die m. Martii 1915 accepit, eadem ipsa nocte in castra Russorum pertulit, maximam cladem, perniciemque supremam evitasset.

Galicianus enim a custodibus Russicis captus, ut in supremam armorum praefecturam duceretur postulavit. Quo ductus sibi cum ipso Ratcone Dimitriev suprema armorum praefecto agendum esse enuntiavit. «De qua re?» interrogat eum legatus.<sup>8</sup> Et cum Galicianus telegramma tradidisset, de quo sibi cum Ratcone Dimitriev agendum esse dixisset, legatus, lecto telegrammate dulce risit. In telegrammate enim hoc legebatur: «Firma Deutsch Kraft kauft 500 Ballen Tuch, prima, 8 Waggon Oberleder, 6 Waggon Sohlenleder. Abschluss längstens erster Mai, Direktor Machales. (= Mercator Deutsch Kraft emit 500 fascas<sup>9</sup> pannorum<sup>9</sup> primae qualitatis, 8 currus<sup>9</sup> ferroviarios<sup>9</sup> corii<sup>9</sup> superioris, <sup>9</sup> 6 currus ferroviarios corii<sup>10</sup> plantaris;<sup>10</sup> terminus negotii<sup>11</sup> conficiendi<sup>11</sup> tardissime Calendae maiae. Rector Machales.) — «Non, respondet legatus, summus armorum praefectus noster, non tractat de pannis, neque coriis. — «Sed telegramma sensum<sup>12</sup> latentem<sup>12</sup> habet, dicit Galicianus; non de pannis aut coriis agitur.» — «Ergo de quibus rebus?» interrogat legatus.

Et tunc Galicianus rem totam aperit: «Habeo fidissimum<sup>13</sup> quendam, qui mihi hoc telegramma misit. Et ut certior fierem telegramma ab eo missum germanice legendum esse, convenit inter nos telegramma «Mercator Deutsch» vocabulis incipiendum esse. Et nunc attende! Quid remanet, si primae syllabae tantum duorum vocabulorum «Kraft kauft» retinentur? Nonne: *Krakau?* (= Cracovia). Urbs, unde telegramma venit. «Ballen Tuch» indicat tormenta<sup>14</sup> disposita,<sup>14</sup> quae «primae qualitatis», id est graviora sunt. «Oberleder» duplicatas<sup>15</sup> legiones<sup>15</sup> maiores<sup>15</sup> significat Germanas, «Sohlenleder» autem Austriacas Hungaricasque. «Abschluss» prodit impetum tardissime Calendis Maiis inceptum iri. «Direktor Machales» non est alius, nisi supremus armorum praefectus Mackensen. De his rebus me telegramma certiore fecit, ego autem supremum armorum praefectum velim de iis certiore facere. Noli oblivisci: telegramma quondam iusto tempore et latenti sensu missum illum Rotschild quoque pecuniarum caesarem fecit.»

Legatus autem prorsus<sup>16</sup> impossibile putavit tantam rem tam brevi tempore et tam inobservate

<sup>1</sup> hiszékeny = leichtgläubig = credule <sup>2</sup> gőzhenger = Dampfwalze = rouleau compresseur <sup>3</sup> szereplő = Person = personnage <sup>4</sup> iszákos = trunksüchtig = ivro, ne <sup>5</sup> hadseregfőparancsnokság = Armeeoberkommando = haut commandement de l'armée <sup>6</sup> haditerv = Kriegsplan = plan d'opération <sup>7</sup> titokban tart = geheim halten = tenir secret <sup>8</sup> hadsegéd = Adjudant = adjudant <sup>9</sup> bál posztó = balles de drap <sup>10</sup> vagon felsőbőr = vagon d'empeignes <sup>11</sup> talpbőr = Sohlenleder = cuir à semelles <sup>12</sup> (üzlet)kötés = conclusion <sup>13</sup> titkos értelem = versteckter Sinn = signification secrète <sup>14</sup> feltétlenül megbízható ember = zuverlässig = digne de confiance <sup>15</sup> ütég = Batterie <sup>16</sup> hadosztály = Division <sup>17</sup> teljességgel = ganz und gar = ab-solument





ita praeparari potuisse, ut ne a speculatoribus quidem Russicis conspiceretur. «Et, inquit, Ratco Dimitriev non est credulus fabulis. Multo maiores res intendit. Abeas!»

Telegramma autem vera dixit. Sed Galicianus frustra testabatur deos, hominesque, vesanus<sup>17</sup> habebatur et repudiatus est. Et secundo die m. Maii Russi fragore tormentorum intolerabili experrecti cladem ingentem et decretoriam<sup>18</sup> ad pagum Gorlice acceperunt.

Accidit autem, ut ii, quorum erat sinus<sup>19</sup> in pugna occisorum perscrutari, in sinu legati occisi, qui Galicianum repudiaverat, telegramma fatale invenirent. Brevissime apertum erat telegramma missum esse, ut impetum ad Gorlice hostibus proderet. Quomodo autem hoc fieri potuit? Vires ad impetum collectae et dies ad ultimum punctum<sup>20</sup> temporis<sup>20</sup> occulti habebantur! Quando telegramma missum erat, si nonnulli tantum conscii erant strategematis?<sup>21</sup> Inter hos igitur nonnullos quaerendi sunt proditores. Cum occultissime et accuratissime investigaretur, constitutum est, microphonum ex illo cubiculo, ubi strategema tractatum esset, in cubiculum cuiusdam centurionis cechoslovaci ductum esse. Unde apparuit illum fuisse proditorem. Comprehensus statim nominavit socium quoque criminis Galicianum, cui magnā pecuniā venderat rem secretam, quia in lusu<sup>22</sup> paginarum<sup>22</sup> aere<sup>23</sup> demersus,<sup>23</sup> pecuniam solvere cogebatur.

Galicianus quoque breviter comprehensus est, et ambo in arbore<sup>24</sup> infelici<sup>24</sup> vitam finiverunt.

<sup>17</sup> bolond = wahnsinnig = aliéné <sup>18</sup> döntő = entscheidend = décisif <sup>19</sup> zseb = Tasche = poche <sup>20</sup> pillanat = Augenblick = instant <sup>21</sup> doli bellici <sup>22</sup> kártyajáték = Kartenspiel = jeu de cartes <sup>23</sup> adósságba merülve = in Schulden stecken = être endetté <sup>24</sup> akasztófa = Galgen = gibet

### Alexander Petőfi: Ex longinquo.

*Domus astat Danuvio parva;  
O mi illa domus quam est caral  
Dolet inter lacrimandum mi cor,  
Cum illius absens reminiscor.*

*Utinam permansissem in sede,  
Sed ducunt nos cupidines saepe,  
Quibus alae cum crevere tandem,  
Sedem meam reliqui ac matrem.*

*Cruciata est dolore acri,  
Oscula me dante bonae matri,  
Et ardentis cruciatus ignis  
Non extinctus est eius lacrimis.*

*Ut amplexa est tremens me vere!  
Ut me supplex iussit remanere!  
O si tum cognovissem futurum,  
Retinisset me abiturum.*

*Lucet eos<sup>1</sup> cum sperum nostrarum,  
Stat futurum, ut hortus divarum;  
Et modo cum in devitiis imus,  
Tunc errorem miserum sentimus.*

*Etiā me spem meam lucidam  
Stimulasse tantum, quare dicam?  
Atque ex quo mundi pervagus sum,  
Centies in spinas esse gressum.*

*... Sedem meam noti petunt cari;  
Quid iubeam matri nuntiari?  
Amici, ad illam adeatis,  
Si iter vos illuc faciatis.*

*Dicite, ne lacrimet ob curam:  
Nato eius favere fortunam — —  
Ah, si sciat, quam inops sim factus,  
Dirumpatur infelicis pectus!*

Convertit: Vinc. Bors (Szeged).

<sup>1</sup> Aurora

### locosa.

Cum Colomannus Törs legationem<sup>1</sup> in oppido Szentes peteret,<sup>1</sup> pulcherrimam habuit orationem, quam domi maxima cum diligentia elaboraverat. Plurimi convenerant, et longam orationem quasi devoraverunt, in primis quidam agricola, cuius in ore attentio<sup>2</sup> et crescens admiratio videbatur. Quod cum orator animadvertisset, usque ad finem ei verba adhibuit.<sup>3</sup> Finitā oratione primum eum allocutus: «Age, inquit, carissime vir, bonane fuit oratio?» «Bona fuit.» «Quid potissimum<sup>4</sup> in ea tibi placuit?» «Vix possum edicere.» «Sed tam attentus mihi animum advertisti;<sup>5</sup> oculos a labris<sup>6</sup> meis non demovisti.» «Ab initio exspectavi, quando iam sputaturus esses.<sup>7</sup> Sed frustra tres horas exspectavi: ne semel quidem sputavisti. Quod ego maxime admiram; nunquam enim talem vidi hominem.»

Val. Fehér O. S. B. († a. 1942).

<sup>1</sup> képviselőségre pályázik = Abgeordneter werden wollen = se présenter à la députation <sup>2</sup> figyelem = Aufmerksamkeit = attention <sup>3</sup> intéz = richten an = adresser <sup>4</sup> legjobban = hauptsächlich = surtout <sup>5</sup> figyel = aufpassen = faire attention <sup>6</sup> ajak = Lippe = lèvres <sup>7</sup> köp = spucken = cracher

### Index sociorum laboris anni 1942/43.

**Discipuli: I. Hungari:** Elisabetha Almádi 40. Ladislaus Almásy 8, 24, 52, 77. Esther Andorka 6. Béla Árkosi 21, 28. Zoltanus Babocsay 48. Alexander Bácskay 53. Ioannes Bak 31, 68. Ladislaus Balogh 52. Matha Bárdos 32. Desiderius Bauer 48. Margaretha Bella 35, 65. Theodorus Belházy 56. Aladarus Benkő 52. Tiburtius Berky 23. Andreas Bernhardt 40, 48. Zoltanus Biró 48. Éva Brámer 8, 80. Ferdinandus Breier 15. Tiburtius Briznyák 64. Ladislaus Csaba 5. Stephanus Csinády 6. Ioannes Daka 62. Andreas Darvassy 24. Rosalia Deutsch 64. Maria Dischka 13. Tiburtius Epres 56. Thomas Falus 24, 56. Tiburtius Farkas 64. Maria Finda 24. Maria Förster 71. Robertus Frankl 22, 28, 30, 36, 44, 57, 66, 79. Zoltanus Gaál 31. Aladarus Gajáry 32. Georgius Gáti 8. Ioannes Gebhard 56. Eugenius Gött 69. Elisabetha Gyopáros 80. Aloysius Harasztá 64. Margaretha Hardy 56. Victor Hardy 80. Zoltanus Harsányi 16. Maria Házy 32. Ernestus Hidvégi 32, 80. Ervinus Hoff-



mann 68. Gabriel Horváth 46. Carolina Huszár 46. Andreas Hűvös 71. Julius Iglói 8. Alexander Ipkovich 48. Olga Jákó 80. Georgius Kádár 48. Stephanus Kálmán 21. Carolus Karl 64. Tiburtius Kelemen 48. Ernestus Keller 15. Antonius Kerényi 34. Vera Kertes 34. Camilla Kiss 12. Ernestus Kiss 50. Hippolytus Kiss 8. Irene Kiss 58. Angela Komlós 22. Clara Komlós 28. Alexius Kontor 21. Elmerus Kontor 32. Aemilius Kováts 22. Stephanus Kovács 21. Fridericus Kreiner 5, 16, 20, 31, 40, 50, 70, 72. Colomannus Könyves-Tóth 40. Thomas Kurucsev 62. Michael Kycza 12. Andreas Lajta 64. Geysa Lakatos 55. Carolus Lakner 34. Andreas Lichtmann 32. Fridericus Lóránt 53, 71. Editha Lovrich 71, 72. Catharina Ludwig 48. Adelhaidis Mády 71. Stephanus Majtinszky 22. Genoveva Marosszéki 52. Ioannes Márton 72. Philippus e comitibus Merán 8, 31. Antonius Mikolaj 55. Margaretha Miskolczi 68. Geysa Mizsei 12. Ilsa Mosonyi 10. Isabella Nagy 68. Eva Nemes 24, 34, 76. Ioannes Palkovics 72. Emericus Pataki 61. Paulus Piffkó 56. Thomas Prohaszka 71. Hugó Rác 1, 10, 20, 35, 43, 77. Ervinus Rafael 15, 31. Elisabetha Rásy 72. Gabriel Reinitz 40. Victor Reményi 12, 39. Ernestus Réti 16. Agnes Salamon 29. Guilelmus Sándly 64. Emericus Scheily 15. Ioannes Schmidt 10. Ioannes Schulteiss 40, 80. Emericus Schumicky 77. Carolina Szalay 57. Ervinus Szalontay 34. Gabriel Szász 3. Benedictus e comitibus Széchenyi 77. Catharina Szécsi 24, 80. Iulius Szedenics 40, 80. Nicolaus Székely 8. Ioannes Szendrei 15, 32. Dasia SziJJas 29. Vera Szilávik 3, 61. Iosephus Tallós 34. Gabriel 24, 52. Geysa Tokaji 23. Iulius Tóth 21. Angela Úrményi 68. Zoltanus Vas 68. Ioannes Velle 34. Ladislaus Versényi 46. Alexander Weber 1, 19, 20, 27, 49, 74. Ioannes Weisz 16. Theresia Weisz 56. Catharina Wohl 47. Ericus Zajta 31. Carolina Zöldy 48. Gabriela Zöldy 61. — *II. Helvetii*: Fabius Ferrari 10. Nicolaus Merckling 15. Guilelmus Volonterio 16. — *III. Hispani*: Aloysius Canals 63. Albinus Garcia 70. *Magistri et alii*: *I. Hungari*: Carolus Ács 14, 19, 23, 26, 31, 37, 38, 46, 55, 63, 70, 81. M. Anna Bencze 51, 60. Vincentius Bors 2, 18, 37, 50, 74, 83, 87. Vendelinus Endrédy 11. Valentinus Fehér 83, 87. Iosephus Guelmino 2, 11, 18, 27, 35, 42, 59, 68, 86. Stephanus Helmecezy dr. 43. Iulius Holpert 4, 10. Ioannes Jeney dr. 45. Ladislaus Juhász dr. 14. Ervinus Karsai 11. Chrysostomus Kelemen 45. Aladarus Kóvári 67, 76. Iulius Kováts dr. 79. Gisela Lakatos dr. 9. Aemilius Láng 42, 50, 59. Elisabetha Nagy dr. 66, 75. Arnoldus Pányi 6, 26, 53, 74. Georgius Sántha 17, 25. Iustinianus Serédi 33. Albinus Szalay dr. 45. Iosephus Tóth dr. 5, 29, 69, 75. Ios. Wagner passim. — *II. Germani*: Avenarius 39. E. Dieckhöfer 58. — *III. Itali*: Ioannes Baptista Bellissima 85. Aldo Marsili 41, 78. Ludovicus Maglione 54. — *IV. Croatus*: Stephanus Kroppek dr. 47. — *V. Hispanus*: Iosephus Maria Mir 54. — *VI. Moravus*: Fr. Palata 8, 16, 24, 40, 56, 64, 80. — *VII. Polonus*: Rudolphus Nowowiejski 29. — *VIII. Batavus*: W. E. J. Kuiper 84.

## Index rerum anni 1942/43.

**Aenigmata**: 7, 15, 23, 31, 39, 47, 55, 63, 71, 79.  
**Capita principalia**: Stephanus e nobilibus Horthy 1. — Meminerimus (die 6-o m. Oct.) 9. — De festis trisaecularibus Ordinis Scholarum Piarum in Hungaria 17, 25. — Iustinianus Card. Serédi 33. — Qua pietate homines Aquinci mortuos venerati sint 41. — De quinto centenario Mathiae regis 49.  
**Carmina**: *M. Babits*: In tumulum Hegesonis 79. —

*V. Balassa*: Carmen poculatorum 44. — *Carmina popularia* I. Hungarica 69, II. Polonica 29. — *E. Dieckhöfer*: Adveniat regnum tuum 58. — *St. Helmecezy*: In memoriam amici in Russia mortui 43. — *Hölderlin*: Ad Parcas 66. — *Alexander Kisfaludy*: Stropha Himfyana 10. — *Carolus Kisfaludy*: Pulchra terra patria 30. — *Ern. Kiss*: Ad Horatium 50. — *Lad. Mécs*: Symphonia Hungarica 28. — *Petőfi*: Prospicio per fenestram 2. Vehebatur asino 13. Dudum punit iam Creator Hungarum 18. In pugna 37. Carmen sonat ad sepulchrum. Iam sonuit vespertina campana 50. Quoad dormis, patria? 74. Abitus 82. Ex longinquo 87. — *Sappho*: 1. Precatio ad Venerem. 2. Inpuellam inuuptam 14. 3. Cleis pulchra. 4. Precatio sororis 79. — *P. B. Schelley*: Hiems 22. — *I. Wagner*: Ad Leopoldum Baranyai 14. Ad Iulium Gyomlay 23. Peregrinatio ad Patres Praemonstratenses Goe-dolloeenses 45. Ad Ladislaum Tóth 63. **Artes et litterae**: De constantia Demosthenis 26. — De Zoltano Kodály 27. — Gerardus Hauptmann 43. — Bas. Verestsagin 43. — Gregorius Csiky 57. **Certamina**: a) Cert. corrigendi 10, 35, 53, 73. — b) Certamen poëticum Hoeufftianum 84. **Commercium epistulare**: 11, 33, 45, 54, 62, 70. **DE IUVENTUTE**: 4, 11, 20, 33, 37, 44 (Alad. Friml), 45, 51, 54, 63, 73. **De viris ecclesiasticis**: Paulus Gerinczy, Vendelinus Endrédy 7. — Chrysostomus Kelemen 36. — Elias Kemenes 37. — Iosephus Fornari 39. **Epistolia officialia**: 16, 24, 32, 40, 48, 56, 64, 72, 80. **Geographia et historia**: Regio Fonyódiensis 3. — De sacramentis militum orbis terrarum 4, 10. — De delectu aquae Rheni Scafusae 10. — De sepulcro Alexandri Magni invento 19. — De Ludovico Magno 20. — De imagine mundi optima 20. — De Columbo. Annus 750-us canonizationis S. Ladislai 28. — Pittacia croatica 47. — De sonis coloribusque Budapestini 78. — De Aethopiae exploratore 85. **Iocosa et salse dicta**: 5, 12, 21, 29, 34, 46, 52, 61, 68, 76, 82, 87. **Narrationes**: *S. Széchenyi*: S. O. S. 2, 11. — *G. Szász*: Pensum historicum in speculo proverbiorum Latinorum 3. — De speculatoribus 18, 27, 35, 42, 59, 68, 86. — *I. Fridetzky*: Theoprobos post vitam dissolutam monasterium intrat 19, 26, 37. — Imperator macer et monachus pinguis 22, 30. — *G. Politovszky*: Astutia Hungarica 42, 50, 59. — *Paulus Pados*: De ignoscendo 51, 60. — *Al. Hegedüs*: Quomodo subita potio vendatur 67, 76. — Legati Moris 58. — *B. Endrödi*: Cantus violinae mendax 66, 75. — De aegroto, qui denuo sanatus est 74. **Narratiunculae**: 6, 13, 22, 34, 47, 61. **Nuntii recentissimi**: 4, 10, 20, 27, 36, 43, 51, 57, 65, 73, 77. **Librorum recensio**: *Ios. Balogh*: Szent Agoston vallomásai 70. — Per lo studio e l'uso del latino 31, 71. — *Ios. Fridetzky*: a) Pázmány Péter 63. b) Mulier Wartburgensis 81. — *Ed. Kallós*: Nevek, napok 79. — *Tib. Kardos*: A magyarság antik hagyományai 31. — *M. Móra*: Házassági kereseti jog 39. — *Iul. Moravcsik*: A papiruszok világából 46. — *Notter Antal*: emlékkönyv 38. — *Parthenon*-évkönyv 55. — *Lud. Prohászka*: A platonista Cicero 79. — *Arp. Szabó*: Perikles kora 14. — *V. Temesy*: Földrajzi zsebkönyv 46. — *Eug. Tomasz*: A római földkérdés 79. — *Lad. Varga*: Sinai Miklós 23. — *Ios. Wagner*: Az antik világ zenéje. 79. **Pittacia**: 9, 22, 47, 61, 69. **Scientiae**: In memoriam Isaci Newton 70. — De medicorum antiquorum iureiurando 74. **Stenographia**: Systema stenographiae Samuelis Taylor. Ad linguam latinam accommodavit: *I. C. Danzer*. 6, 13, 22, 38, 54, 62, 69, 78, 82. **Varia**: 13. — Precatio Stephani Széchenyi 53. — De largitore sanguinis primario 75. **Vivum Latinum**: 4., 5, 31, 39, 65.